Name:

University:

TIME ALLOWED: 45 Minutes

ASCS
LATIN UNPREPARED TRANSLATION COMPETITION 2009

Pliny discusses cremation, burial, and belief in an after-life

Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. at postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum. et tamen multae familiae priscos servavere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus, idque voluisse veritum talionem eruto C. Mari cadavere.

Post sepulturam variae manium ambages, omnibus a supremo die eadem quae ante primum, nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae quam ante natalem. eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat et in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur, alias inmortalitatem animae, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando et manes colendo deumque faciendo qui iam etiam homo esse desierit

Pliny *Natural History* VII.54-5 (187-8)

Please write your answer on this question paper.
Make sure you have put your name at the top of the page.